

Appendix. — Europa Nro. 79.

Regnum Mortuorum.

Commercium litterarum vivos inter, et mortuos. †

Ad Prophetam Habacuc — in Elysis.

Ex Mundo die 16. Septembris 1808.

Dantur et hodie apud nos Prophetæ, licet non sic appellentur; stricte enim loquendo; quivis Minister spiritu prophetico præditus esse deberet. Prophetæ hodierni, combinando rerum humanarum cursum cum Historia, vaticinari solent. En Prophetam talem! qui *Prospectus in futurum* edidit, et sequentia vaticinatur:

„Homo quivis, sicut quævis familia, est quasi imago Reipublicæ: — imo et ipsum vitæ humanæ tempus habet multum cum Republica analogum. Quemadmodum ætas humana in infantilem, virilem, et senilem dividi solet, sic tres periodi definiri possunt, quibus populus floret, et labascit. Prima periodus status naturæ est; in quo inexpertes, sine omni determinatione, et sensualitatis adpetentes sumus; periodus hæc communiter diutius durat, quam secunda, nisi per causam quampiam extrinsecam ex lethargo excitetur, et mutatio inducatur. Periodus secunda, maturo ingenio, pressa, determinataque agendi ratione, quæ unitis procedit viribus, se cum primis distinguit. Tertia demum periodus cum prima in multis convenit, ea solum cum differentia, quod aliæ sint effectuum causæ. — Hunc naturæ cursum apud provincias diversas, populos, et Imperia obtinuisse, Historia docet. Diu velut in inertia vivebatur, divisa erant studia, Patresque familiarum summum tenebant imperium, donec tandem seu accedente causa quapiam extrinseca, seu exsurgente magno aliquo viro, studia disparia in unum coaluerunt, unde florens enatum est Imperium. Subequentæ dein luxu, et despotismo suffocatum est commodi publici studium, omniaque rursus ad statum pristinum inertiae reciderunt. — Hæc sors est communis nationum, et totius orbis. — Est quidam circulus. *Sunt certè denique fines, quos ultra, citraque etc.*

Graeci, exilis olim populus transmaritimus, ad tantum eluctati sunt fastigium, ut eos centena ampliora longe formidarent Imperia. Quamdiu partes Imperii hujus singulares communi ferebantur amoris patriæ studio; quam-

die unitis viribus communi omnium hosti resistebant; quantum denique omnes in solidum rem strenue agere debere existimabant periclitante libertate communi; eoque invincibilia erat Graecia. Haec fuit aetas ejus virilis. Sed ut primum zelotypia, et invidia incotas invasit, amorque Patriae, et heroismus, quo maluit super clipeo occumbere, quam illum vertere, tepescere incepit, mollities insuper, et motum corruptio proditores patriae genuit, actum erat simul de libertate civium, nullasque miserationi locus, si jugum Tyranni cujusvis ferre debuerint. — Quid parvus, comparate ad hostes, *Alexandri* exercitus ad effectum deduxerit, nemini paradoxum videbitur, qui concentratarum virium noscit effectum. Alexander nempe, si ita loqui velimus, elaterium erat apud suos universale, quod cunctis vim indidit, propagavit, et conservavit omnia, quae sibi subjicere novit, unde factum est, ut tantis facinoribus, etsi saepe cruentis, inclaruerit, tantique herois nomen obtinuerit, qui non nomine, sed re universum repraesentabat populum. Persia tunc tertiam jam vixit aetatem, et tot saucia fuit ulceribus internis, ut solus eorum contactus nutantem thronum Persicum, in quo molles stertebant Regentes, ad subversionem usque exagitaverit. — Anne orbis Dominica, *Roma*, tam celeriter e tenebris eluctata, tamque sublate dominata fuisset, si conditores ejus, diversi etiam sensus homines, suo loco, ac tempore applicare, divisaque studia conciliare non scivissent? At insinuavit se et hic *Cadmaemon* factionum, evadit sensim virtus Romana, semper sibi aequalis, succedensque luxuriosa vitae ratio omnem prorsus amorem patriae extinxit, ac imbecillitatem, lapsus, et despotismum generavit. Pars ergo una colossi hujus concidit, pars vero altera, aegri adinstar, cui omnis aëris meatus paroxysmum causat, exiguo se sustinuit tempore, donec illam quoque procella ab oriente exorta prostravisset. — *Helvetiae* tunc primum aetatem agere virilem inceperunt, cum communem sibi jurassent fidem, sibi que unione sensus, et virium, existimationem apud summas Potentias conciliassent. — In quo statu Gallia ante 30 annos fuerit, et in quo nunc sit? quibusve viis eo pervenerit? supervacaneum est deducere, res enim et praemissis liquet. Qui tantos in unam sententiam coalescere facere novit, facile id, quod *Fridericus M.* Si Rex Galliae esset, effectuare voluit, exequi potest, ut videlicet nemo in universa Europa absque ejus licentia tormentum explodere audeat.

At quid vero Prologus hic? ad demonstrandum paucis exemplis, quid possit animorum unio sub directione energici, insignisque ingenii viri. Facilis hinc ulterter applicatio. Quod Germania nunquam eo loco in politico mando

fuerit.
 evehere
 nondum
 onem a
 lingvam
 rum te
 quo anti
 formalit
 solo ex
 quaerel
 cent. I
 sed hi
 gandi l

Re
 nunqua
 pinae,
 dein cru
 runt, a
 habena
 erint. —
 mavit p
 xisse p
 rium p
 onis de
 eluctab
 cturo,
 haec pe
 student
 spes, c
 At
 vero!
 impleri
 equin

H
 num ci
 colligit
 stabat,
 vitae e

In
 ris gere
 Vilho
 russiam
 bris; s
 conven

fuert, quo se tam respectu situs, quam genii incolarum evehere potuisset, ex prioribus elucet. Videur Germania nondum primam periodum absolvisse. Quo propius ad unionem accedit, eo citius virilem aget aetatem. Nihil praeter linguam vernaculam ad incolas transderivatum est, caeterum temporibus novissimis Politica Germaniae eodem, quo antiquis, passu ambulavit, parumque realiter, etsi forte formaliter discrepabat. Quivis Germaniae populus pro se solo existebat. Quid autem efficere unitis viribus potuerint, quaerelae *Augusti*, egregias Legiones suas deplorantis, docent. Inundarunt quidem Galliam, Italiam, et Angliam, sed hi rami duntaxat magnae stirpis erant, quos subjugandi libido incesserat.

Regnabant quidem Imperatores aetatis mediae nonnunquam cum potestate illimitata, at expeditiones transalpinae, quae incolas Germaniae minuebant, expeditiones dein cruciatae, quae florem Germaniae populorum extraxerunt, adeo potentiam Imperatorum enervarunt, ut Imperii habenas firmiter tenere, proque virili agere haud potuerint. — Divisio Germaniae in Circulos totidem quasi formavit populos, quae postquam cessavit, feliciorum illuxisse periodum existimatur. In aetate virili constituta, virium propriarum conscia, omnes absterget genium Nationis dedecorantes maculas, continuoque victrix ad summum eluctabitur sub Duce e sui gremio, etsi post saecula surrecturo, Majestatis, dominatusque fastigium; quodsi futura haec periodus fortuna dici possit, affulget iis, qui Patriae student commodo, licet post plures primum generationes, spes, quae adversa facilius tolerare faciet."

Atque hic est praelaudatae prophetiae tenor; sed enimvero! post plures primum generationes Prophetia haec adimpleri posse putatur! Apage ergo cum tali Propheta. Alioquin nemo *Propheta in patria sua*.

Biographia.

Habacuc Propheta V. T. in ordine octavus, circa annum circiter 698 ante Christum natus vixit, quod inde colligitur, quia infortunium, quod Judaeis a Chaldaeis instabat, tanquam rem jam imminentem describit. Caetera vitae ejus adjuncta certo non constant.

Diarium Politicum.

Inita 8. Septembris inter Ministrum rerum cum Extaris gerendarum D. *Champagny*, et Principem Borussiae *Vilhelmum* conventio, differentiis inter Galliam, et Borussiae finem imposuit. Hoc narrat Monitor de 11. Septembris; sed idem Monitor 8. Septembris, quo die memorata conventio conclusa fuerat, recenset litteras *Ministri Stein*,

et mox sequenti die commentationes, quas Europa Nro. 78. in accluso exhibet.

Caeterum potest hic etiam caecus videre, fatale illud in Borussia viginisse praejudicium, quod ad ministerium politicum plerumque extranei assumpti fuerint; tales erant *Lusy*, *Luchesini*, *Hardenberg*, *Stein* etc. quod pro domesticis talentis haud magno fuerat incitamento; juxta ipsam Marchiavelli opinionem Ministerum politicum oportet esse possessionatum Patriae filium; si enim exterus crimen laesae Politicae comittat, quid potest perdere? Acceptis ad dorsum suum sarcinis, instar pauperis studiosi vadit in mundum, aut redit, unde venit, ast possessionatus non potest Bona sua immobilia ad dorsum accipere, et ubi vult, domum figere. Ita fuit etiam cum ipsa norma Administrationis in Borussia; extollebatur illa ad astra, proponebaturque velut exemplum pro imitatione; Et nunc? — Horum Dominorum unus alterius detegit *turpitudines*, et si scriptores Borussicos inde ab exorto bello legamus, dubii haeremus, an modus scribendi, aut Actores, qui producuntur, magis stomachum moveant.

Stuttgarda scribitur de 15. Septembris: Quemdam Vicarium M. *Schroder* in pago *Weil*, et M. *Hoch* Seminaristam Tubingae propter sermones laesivos contra sacram Suae Majestatis personam, et statum publicum, criminalem incurrisse Inquisitionem. Peracta Inquisitione, institutum est speciale Judicium commissionale, hocque officium delatum est Tribunali Apellationis, ast quam hocce judicium tulit sententiam, Rex non probavit, sed decrevit, ambos incusatos defectu mentis laborare, ideo absque ulla paena libere dimittendos, verum ob mentis debilitatem pro quavis functione ecclesiastica inhabiles declarari, vigilique Patriae oculo, ubi ubi commorati fuerint, commendari.

Kaunitz — Choiseul.

Duo hi Ministri primum erant sibi mutuo inimici; fundata politica fecit eos amicos. *Austriacus* habuit probatissimam experientiam, in sublimi ejus fronte, nunquam in rugam contracta, legibilis; *Gallus* erat docilis, et magnus; hinc enatum est foedus inter Galliam et Austriam post bellum septennale. Necessitas, tres tantum magnas potentias in Europa constituendi, nominabatur in Gallia *sistema Choiseulianum*; spectata autem origine, erat *sistema*, et doctrina politica *Kaunitzii*.

Adh
potentiss
rum felic
obtinebit
spites jar
Ver
nicae ad
perdurat
novam r
tinente l
complan
adeo no
hocce c
emem a

Vic
peratric
die in
a tempo
monia,
Hungar
sincera
pocula,
limitat
cadebat
iterum
in veni
et long
duxerun
Pr
tereran
Gen. A
oculati
eorum
lorum
ast per
eorund
parare